ACTA

CAPITULI PROVINCIALIS.

ALMÆ

S. VINCENTII FERRERII

SAC. ORD. PRÆD.

PROVINCIÆ GOATHIMALANÆ.

IN

MAGNO SS. P: N. DOMINICI CONV.

DE GOATHIMALA

XVI KALENDAS FEBRUARII

ANN. DOM. MDCCCXVIII.

CELEBRATI

Sub R. Adm. P. N. Priore Provinciali electo,
Fr. Ludovico Escoto, ex Lect. Theol. Doct.
ac Mag. in Div. Caroli Academ. Primario
Cath. Philosoph. Moderat.
ac Examinat Synodali.

Apud Betetam.



IN NOMINE PATRIS ET,

FILII, ET SPIRITUS SANCTI. AMEN.

HÆC sunt Acta Capituli Provincialis nræ. Prov. S. Vincentii Ferrerii de Goatemala Sac. Ord. Præd. in Conventu S. P. N. Dominici novæ Goatemalæ celebrati die decima septima mensis Ianuarii anno Dñi. millesimo octingentessimo decimo actavo, sub R. A. P. N. ex-Lect. Theol. Doct. ac Mag. in Div. Caroli Acad. Primar. Philosoph. Cath. Moderat. atque Exam. Syn. Fr. Ludovico Escoto in eodem Capit. divina aflante gratia in Priorem Provincialem electo, Deffinientibus in eo RR. A. PP. NN. Fr. Antonio Ibañez ex Provinciali, in Sac. Theol. Mag. Doct. Examin. Synod. et S. Offic. Inquis. Notar. Revis, et Expurgat. Fr. Benedicto Garrovillas in Sac. Theol. Mag. Fr. Josepho Elìas Præd. Gen. et Fr. Dominico Juliano de Luja Præd. Gen.

ABSOLUTIONES.

ABsolvimus omnes Suppriores, Vicariosque Domorum præter Suppriores Conventuum de Coban et S. Salvatoris propter instantes Priorum electiones.

DENUNCIATIONES.

DEnunciamus 1.° Omnes Conventuum nostrorum Priores litteras testimoniales huic Capitulo tradidisse, quæ, à Iudicibus ad hoc designatis cum revisæ fuissent, ac approbatæ, ad suffragia admissi fuere; eo quod ex his constat, illorum subditos per decem dies quotannis exercitia peregisse.

Denunciamus 2.° Vacante Provincialatu ob quadriennii expletionem R. A. P. N. Præd. Gen. et Exam. Synod. Fr. Dominici Ruiz de Carrascosa ex natis in Indiis, Sabbato ante Dominic. prim. post Oct. Epiphan. quæ hoc præsent. ann. incidit in Dominic. Septuag. in Capitulari Congressu, atque iu loco ad hunc effectum destinato, singulari (ut pie credimus) Spiritus Sancti assistentia, juxta nostrarum legum Sanctiones, ritè, canonicè, magnaque cum animorum concordia in Priorem Provincialem electum fuisse R. A. P. N. ex Lect. Theol. Doct. et Mag. in Div. Caroli Acad. Primar. Philosoph. Cath. Moderat. ac Examin. Synod. Fr. Ludovicum Escoto ex natis in Hispan.

Denunciamus 3.° R. A. P. in Sac. Theol. Mag. N. Reverendisimi P. Mag. Vicar. Gener. Socium, et apud regiam Hispaniæ Aulam nostræ Provinc. Procurat. Gen. Fr. Ludovicum Puente in præsent. Capit. electum fuisse rite, et canonice in Deffinitor. Capit. Gen. ac in ejus Socium seu Electorem R.

A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Florentium Arriaza: sivè Capit. Generale Provincialium, sivè Deffinitorum sit.

Denunciamus 4.° In hoc nostro Capit. lectum fuisse S. Gener. Inquis. Edictum super casibus eidem S. Tribun. per Apostol. Constit, reservatis, simulque laudabilem commendamus obedientiam, qua Conventuum nostrorum Præsides eidem Edicto morem gerentes, quotannis fer. 6. post oct. Assumpt. B. M. Virg. et die 1, Martii illud in iisdem Conventibus legi curant.

Denunciamus 5.° nostram Provinciam Encyclicas accepisse Litteras á Rmo. P. N. M. Vicar. Gen. Fr. Raymundo Guerrero nobis missas sub dat. Matrit. 15. Januarii 1815. quibus nobis omnibus notam facit suæ Rmæ. Paternitat. nominationem in Vicar. Gen. Ord. in omnibus regnis, Ditionibusque Catholico Regi nostro subjectis ab Emo. D. Nuncio Appostolico juxta SS. D. N. Pii Papæ VII. instructiones, regiaque cum approbatione factam. Itemque ejusdem Rmi. P. N. Litteras sub dat. Matrit. 13. Februar. 1815. quibus nos omnes tamquam Filios peramanter in Domino complectens, atque consolari gestiens, nobis Actorum confirmationem mittit duorum proximè præcedentium Capitulorum in hoc Convent. celebratorum annis 1812. et 1814. cum omnibus gradibus, et Institutionibus Prædicator.

Gen. Ad Encyclicas litteras quod attinet, omnes tam Priores Conventuum, quam Parochi nostræ Provinciæ simul ac circularem Epistolam R. A. P. N. Præd. Gen. Fr. Dominici Ruiz de Carrascosa, tunc Prioris Provinc. accepere, qua ipsis fuit assumptionis et nominationis prædictæ communicata notitia; summissè, promptè, hilariterque suam N. Rmo. P. M. Vicar. Gen. obedientiam potestati sunt, atque scripto mandarunt. Quoad posteriores autem, cuncti qui in Provinc. nostra Dominicana familia censemur, quamplurimas Rmo. P. N. gratiarum actiones pro tot, tantisque in nos collatis beneficiis rependimus.

Denunciamus 6.º iteratas etiam nos accepisse litteras ejusdem Rmi. P. N. M. Vicar. Gen. quibus novorum officiorum concessiones á SS. D. N. Pio P. VII. toti ordini benigne indultas, nobis innotescere facit, præcipiens nobis subinde recitationem Festorum SS. Cordis Jesu, B. Petri Capucci de Tiferno Ord. N. B. Catharinæ Matæhi de Raconixio Ord. N. et B. Jacobi de Voragine etiam Ord. N. Quibus acceptis, magna persusi lætitia, cum canticis spiritualibus, concionibusque in prædictorum Beatorum laudem, præsertim ab Illmo. et Rmo. D. Doct. ac Mag. D. Fr. Raymundo Casaus et Torres, nostro Metropolitano in honorem B. Jacobi de Voragine ad populum habitis, Altissimo debitas gratias pro posse persolvimus. Magna nos etiam Con-

solatione affecit Epistola R. A. P. in Sac. Theol. Mag. socii, ac Secretar. ntri. Rmi. et apud regiam Matrit. Curiam pro ntra. Provinc. Procurat. Gen. Fr. Ludovici de la Puente sub dat. Valent. die 20 Oct. 1817. qua nos certiores facit, SS. D. N. Pium Pap. VII. decrevisse die 8. Sept. ejusdem anni tuto posse procedi ad Beatificationem Vener. Servi Dei Fr. Francisci de Posadas Ord. ntri: simulque præcepisse, ut Decretum extenderetur Beatificationis hujusmodi suo tempore fiendæ. Catalogum denique Indulgentiarum per Breve ejusdem sanctitatis suæ nostro Ordini concessarum accepimus, cujus exemplaria typis èdita ad valvas Ecclesiarum nostrarum pro fidelium notitia affixa sunt. Pro quibus omnibus, et magnas D. O. M. referimus gratias, et N. Rmo. P. congratulamur filij.

Denunciamus 7.° Generalia nostri Guatemalensis Conventus studia, methodo numquam satis laudandæ à ntro. quondam Emo. et Rmo. de Boxadors præscriptæ ad amussim intendere; iis dundaxat exeptis, quæ circa Philosoph. textum Theologiæque curriculi tempus ad Provinc. Supplicationes Rmus. P. N. Mag. Vic. Gener. Diaz immutavit. Notum in super facimus, ex assiduo Summ. Philosoph. Mag. Roselli studio, atque ex ejusdem summæ quæstionum æconomica, et selecta distributione nostros religiosos juvenes uberes fructus collegisse, ac colligere, et debitam obedientiam N. Rmi. man-

datis humiliter exhibemus, dum de prædicto juvenum profectu certiorem eum facimus, et spem ulterius concipimus. Confirmationis præfatæ summæ pro nostris juvenibus ab eodem nobis tandem aliquando impertiendæ, præsertim cum Lectores etiam Philosoph. ex illa noscantur notabiles progressus facere.

Denunciamus 8.° N. Rmo. obtemperantes: Cathedræ Philosoph. in hac D. Caroli Academ. pro nostro Conventu Moderatores, ea implevisse ac implere prósequi, quæ á Rmo. P. N. Mag. Vicar. Gen. pro hujus Cathedræ approbatione et valore prærrequiri præcipiuntur: Videlicet, ad matutinos, vespertinosque circulos assistentiam; conclusionum Philosoph. alternatim cum cæteris Lectorib. defensionem, exactam denique suæ Cathedræ munerisque adimpletionem, adeo ut cum theses á sæcularibus discipulis in hoc Conventu sustentatæ eisdem pro Quodlibetis apud Academiam suam reputatæ validæ censeantur, omnes fere in sui curriculi fine Bachalaureatus in Philosophia gradum in prædicta Academia sub suorum Cathedratiorum præsidio, publico certamine habito, accipiant: de quibus omnibus nobis satis, superque constat; speciatim veró de R. P. Lect. Fr. Francisco Salazar, qui quidem, cum explevisset suum in Academia cursum Philosoph. primus post acceptam Epistolam N. Rmi. præcedentis Capituli confirmatoriam, omnia comulate præstitit, quæ in prædictæ Epistolæ num. 12. continentur. Qua propter Rmi. P. N. dis-

pensationem super Supplicationibus in nostris Capitulis pro hujus Cathedræ approbatione ultra non fiendis, grato animo suscipientes, omnia in ista Denunciatione contenta eidem prout nobis præcipit, denunciamus.

Denunciamus 9.° et ultimo, id quod jam in duobus Capitulis præcedentibus denunciatum est; Rmûm. videlicet P. N. M. Vicar. Gen. Fr. Josephum Diaz, morti proxîmum, et cum jam jam animam agere videretur ad Provinciam misisse Litteras, quas tanquam charissimi amissi Parentis testamentum fixas cordi habet, tenoris seqüentis.

"In Dei Filio sibi dilectis RR. A. PP. Priori " Provinciali, Prioribus, Magistris, cæterisque Patri- " bus, ac Fratribus Provinciæ nostræ S. Vincentii " Ferrerii Chiapæ, et Guatimalæ, Ord. Præd. Nos " Fr. Joseph Diaz Sac. Theol. Profesor, ac ejus- " dem Ordinis in Hispaniarum, et Indiarum regnis " humilis Mag. Vic. Gener. et servus: Salutem, " Sanctæ Obedientiæ spiritum, et regularis obser- " vantiæ incrementum.

" Cum ob Regii Decreti ad nos directi de- " bitam obedientiam, Provinciam nostram Sancti Vin- " centii Ferrerii Chiapæ, et Guatimalæ in duas di- " videre teneamur; post juges Domino fusas preces, " postque profundam mentis nostræ considerationem, " adhibito etiam maturo Graviorum Patrum consi- " lio, ad ejus divisionem procedentes; harum serie,

" nostrique authoritate officii præfatam Provinciam
" in duas dividimus: quarum prima antiquum no-
" men S. Vincentii Ferreri de Guathimala, et lo-
" cum in Ordine retineat: altera vero S. Joseph de
" Chiapa nomine gaudeat: Et ne aliqua in divi-
" sione Conventuum contentio, aut lis oriatur, de-
" claramus, ad novam Provinciam S. Joseph cujus
" terminos præfigimus totum territorium Episcopa-
" tus Chiapensis, pertinere Conventus in dicto ter-
" ritorio, et Diœcesi existentes, nempe Civitatis Re-
" galis, de Chiapa, Comitlan, et Tecpatlan, quos
" omnes separatos esse declaramus á Provincia S.
" Vincentii Ferrerii de Guathimala, posseque eli-
" gere unum Provincialem, qui duntaxat per qua-
" driennium duret, et completo quadriennio ad idem
" munus ante duorum Provincialium integrum
" tempus elapsum, reassumi, seu reeligi non
" possit. Et quia ad nos spectat pro prima vice
" præfatæ Provinciæ de Priore Provinciali provi-
" dere; harum serie, ac eàdem officii nostri
" authoritate damus, creamus, et facimus Priorem
" Provincialem, Caput et Pastorem prænominatæ
" Provinciæ S. Joseph de Chiapa R. A. P. Mag.
" Fr. Josephum Gascon, et eo mortuo, quod absit,
" secundo loco R. A. P. M. Fr. Franciscum Va-
" querizo, et isto, quod Deus avertat, mortuo, R.
" A. P. M. Fr. Franciscum Aguirre cum omni
" authoritate, et potestate, qua Priores Provinci-

„ les in Ordine nostro habere solent, et consue-
„ verunt super omnes, et singulas personas utrius-
„ que sexus, etiam tertii Ordinis nostri; et con-
„ cedimus huic Provinciæ, et suo Superiori pro
„ tempore, omnia, et singula privilegia, prærroga-
„ tivas, ac immunitates, quibus cæteræ Provinciæ,
„ et earum Priores Provinciales in Ordine nostro
„ de jure, vel approbata consuetudine, seu ex pri-
„ vilegiis habere solent, et consueverunt. Mandamus
„ omnibus, et singulis curæ nostræ subjectis in
„ virtute Spiritus Sancti, et Sanctæ obedientiæ sub
„ formali precepto, necnon sub pœna excom-
„ municationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda,
„ hac una pro trina canonica monitione præ-
„ missa, ne sub ullo prætextu, titulo, vel quæsito
„ colore audeant præsentem divisionem, ac executio-
„ nem novæ Provinciæ directé vel indirectè im-
„ pugnare, aut aliquid contrà quomodolibet atten-
„ tare. Omnibus vero Patribus ac Fratibus spec-
„ tantibus ad Conventus supra deputatos pro nova
„ Provincia de Chiapa, sub eodem formali præcepto,
„ et censura mandamus, ut Priori Provinciali ejus-
„ dem Provinciæ, ut supra á nobis creato, ejusque
„ Succesoribus pro tempore, et nullatenus Provin-
„ ciali Provinciæ S. Vincentii Ferrerii de Guathe-
„ mala, è cujus obedientia, et jurisdictione eos to-
„ taliter eximimus, in omnibus et per omnia obe-
„ diant, et pareant. In nomine Patris, et Filii, et

„ Spiritus Sancti. Amen Quibuscumque &. In quo-
„ rum fiden &c. Datis in Conventu nostro S. Crucis
„ regali Granatensi die septima Martii, Anni mi-
„ llessimi octingentessimi noni:::: Fr. Joseph Diaz
„ Mag. Vicar. Gener. Ord.:::: Registrata pag. 8::::
„ Fr. Augustinus Capelastegui Præsent et Proso-
„ cius.

Declaramus igitur, Provinciam nostram Mexicanæ S. Jacobi primitus unitam; et Chiapensi, atque Guathemalensi Provinciis deinde auctam; nunc vero Regis nostri Caroli IV. Decreto, superioribusque Rmi. P. N. Vicar. Gen. Diaz litteris ab illa divisam, reapse divisam, et distinctam esse, locum in Provinciarum Ordinis Cathalogo, et in Constitutionibus nostris inscripto habere; clarissimum S. Vincentii Ferrerii nomen et Patrocinium primævum retinere; gratiis demum, privilegiis, titulis, et honoribus, quibus munificentia Reverendissimorum Ordinis MM. Generalium usque modo ornatam, redimitamque se esse gratulabatur; etiam divisione peracta, gaudere, atque delectari; cunctaque subinde super prædicta divisione á Rmo. P. N. Vicar. Gener. Diaz disposita, ordinata, apteque locata, jam pridem quod ad nos spectat, in hac nostra Provincia executioni mandata fuisse.

INSTITUTIONES GENERALES.

INstituimus in Suppriorem Conventus nostri S.

P. Dominici de Guatemala R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Emmanuelem Perez.

Instituimus in Suppriorem Conventus nostri Stæ Crucis de Quiché R. P. Lect. Fr. Franciscum Salazar.

Instituimus in Supprior. Conventus Sanctissimæ Trinitatis de Sonsonate R. P. Fr. Nicolaum Llorente.

Instituimus in Vicar. ntræ. Domus de Ravinal R. P. Præd. Gen. Fr. Franciscum Abella ejusdem Oppidi Parochum.

Instituimus in Procurat. Gener. apud regiam Hispan. Aulam R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Ludovicum Puente.

Instituimus in Procurat. Gener. pro Guatemalana Curia R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Marianum Ibañez.

Instituimus in Mag. Novitior. R. P. L. Theol. Fr. Michael. Ayzinena; ac in ejus Socium seu Pædagog. P. Fr. Petrum Salazar.

Instituimus in Sacristam maior. nostr. Conv. de Guatem. R. A. P. M. Fr. Emmanuelem Perez.

Instituimus in Infirmar. maj. R. P. L. Theol. Fr. Michaelem Ayzinena, et in ejus Socium Fr. Simonem Monterroso.

Regiis Decretis libentissimè obsequentes, quibus puerorum institutio, educatio, atque in Christianæ doctrinæ rudimentis informatio á nostro piis-

simo Rege regularibus personis committuntur; cum in hac Guathemalæ civitate scholas pro parvulorum litterario ludo Aritmethicisque calculis videamus satis, superque abundare, et aliunde Linguæ latinæ scholæ paucæ admodum sint; proindeque ad sacrorum administrationem innumeris istis animabus impertiendam paucissimi juvenes habiles defectu hujus Granmatices reddi posint; ut tantæ Ministrorum pænuriæ, atque inopiæ eo quo possumus modo succurrere conemur:

Instituimus in Præceptor. Latinitatis et cathechismi Doctrinæ Christianæ in Conventu nostro de Guatemala pro sæcularibus R. P. ex-Lect. Theol. et Doc. Fr. Joannem Indacoechea. Pro nostris vero religiosis parvulis (vulgo Pupilos) R. P. Fr. Jacobum Gadea, in hoc Conv. ac Prov. morator. ad Chiapensemque attinentem.

Instituimus in Præceptor. Latinitatis, et Catechismi Doctrinæ Christianæ pro Conv. de Sonsonate, cujus incolarum pueri jam pridem sub gratuita, spontaneaque illius Conv. R. A. P. Prioris disciplinà proficere inceperunt, atque in dies magnam progressuum spem promittunt, eumdem R. A. P. Priorem Fr. Heronimum Zelaya.

Instituimus in Depositarios pro pecunia Provinciæ servanda RR. PP. Lect. Theol. Fr. Michaelem Ayzinena, et Fr. Josephum Ibañez.

C.

INSTITUTIONES LECTORUM.

LECTORES SCHOLÆ.

INstituimus in Regentem Primarium studiorum general. Conventus de Guatemala R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Joseph. Andream á Stà. María.

Instituimus in Regent. Secundar. R. A. P. in Sac. Theol. Præsent. dicti nri. Conventus Prior. Fr. Dominicum Cletum Salvaiierra post explet. trienn. sui Prioratus.

Instituimus in Lect. Theol. post expletum curriculum R. P. Lect. Theol. Fr. Francisci Calvo, R. P. ex-Mag. Student. Fr. Joann. Josephum Echeverria.

Instituimus in Lect. Theol. post expletum Curriculum R. P. Lect- Theol. Fr. Michaelis Ayzinena, R. P. ex-Mag. Student. Fr. Felicem Campos.

Instituimus in Mag. Student. post explet. biennium R. P. M. Student. Fr. Isidori Luege, R. P. ex-Lect. Philos. Fr. Faanciscum Salazar.

Instituimus in Rect. Colleg. domest. SS. Rosarii R. P. L. Theol. Fr. Franciscum Calvo; et in Collegas Fr. Franciscum Velazquez, et Fr. Michaelem Hoyos.

LECTORES CASUUM CONSCIENTIÆ.

INstituimus in Lect. Casuum Conscientiæ Conventus Civitatis S. Salvator. R. P. Fr. Joseph Huerga. Conventus Civitatis Imperialis de Coban R. P. Lect. et Suppr. Fr. Bonaventuram Saenz. Conv. S. Crucis de Quiché, R. P. Lect. et Suppr. Fr. Francizcum Salazar. Conventus de Sonsonate, R. P. Suppr. Fr. Nicolaum Llorente.

INSTITUTIO JUDICUM AD POSTULATOR. AC INSTITUTOR. MERITA ÆQUA LANCE PONDERANDA.

INstituimus in Revisores Judices meritorum RR. PP. Prædic. Gener. Fr, Callistum Aberasturi, et Fr. Josephum Maria Lopez.

CATALOGUS GRADUUM.

DEclaramus hanc nostram Provinciam decem gaudere Magisteriis titulo Lectionis, quinque pro qualibet Natione. Nam etiam post Provinciæ Sti. Joseph. de Chiapa novam erectionem, illiusque á nostra separationem Rmus. P. N. M. Vicar. Gen. Fr. Raymundus Guerrero in Litteris duorum præcedentium Capitulorum Confirmatoriis, omnia Magisteria, quibus nostra Provincia simul cum illa

ante divisionem potiebatur; hujus Provinciæ suplicationibus in Capitulo immediate præcedenti eidem factis benigne annu ns, pro nostra etiam, sua munificentia innata confirmavit: quam quidem confirmationem pariter ad Magisteria duo, pro qualibet Natione unum titulo Prædicationis; ad sex Præsentaturas titulo Lectionis, tres pro qualibet Natione; ad quatuor itidem Præsent. aturas titulo Prædicationis, duas pro qualibet Natione, atque ad quatuordecim Prædicaturas Generales, supressis quatuor ad Conventus Provinciæ Chiapensis attinentibus ex octodecim, quæ antea existebant, septem pro qualibet Natione, sua Rma. Paternitas libenter extendit, sanxitque. Cui plurimas in Domino grates ex corde persolvimus.

Qui igitur Magisterii Gradu Lectionis titulo in Provincia nostra potiuntur, sequentes recensentur.

MAGISTRI TITULO LECTIONIS DECEM EX NATIS IN HISPANIA.

R. Adm. P. in Sacr. Theol. Mag. Ex Provincialis Sti. Joseph de Chiapa, Fr. Franciscus Vaquerizo, litteris á Rmo. Diaz Granatæ datis Calendis Iunii 1806.

R. A. P. N. in Sacr. Theol. Mag. Parochus de Coban Fr. Benedictus Garrovillas nostri Capituli Deffinitor; litteris ut in præcedenti; loco veró eidem

assignato á N. Rmo. P. M. actuali Vic. Gen. in Epist. præcedentium Capitulorum confirmatoria sub dat. Matriti 13. Februarii, ann. 1815.

R. A. P. in Sacr. Theol. Mag. Fr. Emmanuel de la Chica, litteris Matriti datis 30 Ianuarii ann. 1815.

R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Ludovicus Puente apud regalem curiam Matritens. Procurator Generalis pro nostra Prov.; ac Diffinitor Capit. Gener. in nostro Capit. electus, litteris Valentiæ datis 10. Maii 1817.

Vacat Magisterium ob obitum R. A. P. N. iterato Ex-Provincialis in Sac. Theol. Mag. ac Doct. Fr. Ioannis Infante.

EX NATIS IN INDIIS.

R. A. P. N. in Sac. Theol. Mag. ac Doct. ex Provinc. nri. Capit. Diffin. Fr. Antonius Ibañez, Parochus S. Petri de Carcha: litteris Granat. dat. Calendis Iunii 1806.

R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Marianus Ibañez apud Guatim. Curiam nræ. Provinc. Proc. Gen. litteris, ut in præcedenti.

R. A. P. in Sac. Theol. Mag. ac Doct. Fr. Didacus Salazar, litteris Matriti datis 30. Ianuarij 1815.

R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Florentius

Arriaza, Socius Diffinitoris Capit. Gener. in ntro. Capit. electus, litteris Matriti datis, sicut in præcedenti.

Vacat Magisterium ob obitum R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Doct.; studiorumque general. Conventus nri. de Guatemala Regentis Primar. Fr. Joachim Figueroa.

MAGISTRI DUO TITULO PRÆDICAT.

EX NATIS IN HISPANIA.

VAcat Magisterium ob obitum R. A. P. in Sacr. Theol. Mag. Fr. Sebastiani Garcìa Goyena.

EX NATIS IN INDIS.

R. A. P. in Sac. Theol. Mag. hujus nostri Conventus Guatemalensis Supprior Fr. Emmanuel Perez litteris Matriti datis 30. Ianuarii 1815.

PRÆSENTATI SEX TITULO LECTIONIS.

EX NATIS IN HISPANIA.

R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Augustinus Blazquez litteris Granatæ datis 1. Junii 1806.

R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Caietanus Diaz, litteris Matriti datis 30. Ianuarii 1815.

R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Joseph Andræas á Sta. Marìa litteris Valentiæ datis 15. Maii 1817.

EX NATIS IN INDIIS.

R. A. P. in Sacr. Theol. Præsentat. hujus nostr Conventus de Goatemala Prior Fr. Dominicus Cle-itus Salvatierra, litteris Matriti datis 30. Ianuarii 1815.

Duæ Præsentaturæ Vacant. prima ob ascensum ad Magisterium R. A. P. in Sac. Theol. Mag. ac Doct. Fr. Didaci Salazar: secunda ob obitum R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Desiderii Reyes.

PRÆSENTATI TITULO PRÆDICATIONIS QUATUOR

EX NATIS IN HISPANIA.

R. P. in Sac. Theol. Præsent. Parochus Sti. Thomæ de Chichicastenango Fr. Petrus Diaz, litteris Matriti datis 30. Ianuarii 1815.

R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Cosmas Alonso, litteris sicut in præcedenti.

EX NATIS IN INDIIS.

R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Ildephonsus Escobar litteris ut in duobus præcedentibus.

R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Franciscus Morales, litteris ut in tribus præcedentibus.

QUATUORDECIM PRÆDICAT. GENERALES.

EX NATIS IN HISPANIA.

R. P. Prædic. Gen. Fr. Antonius Lopez, Parochus de Cubulco, litteris Granatæ 1. Junii 1806. titulo linguæ Tzendal.

R. P. Prædic. Gen. Fr. Franciscus Abella Parochus et Vicar. Domus nræ. et Populi de Ravinal, Vicariusque Ecclesiasticus Provinciæ de Verapaz, litteris Granatæ 30. Novembris 1808. titulo linguæ Cholti.

R. P. Prædic. Gener. Fr Callistus Aberasturi, Supprior Conventus Sancti Salvatoris, litteris Matriti 30. Ianuar. 1815. tit. linguæ Cacchi.

R. A. P. N. Prædic. Gener. Fr. Dominicus Julianus de Luja nostri Capit. Deffinitor. litteris ut in præcedenti, titulo Conventus de Coban.

Vacant tres Prædicaturæ Generales; prima titulo linguæ Tzotzil quam possederat pro Chiapensi Provincia. R. P. Prædic. Generalis defunctus

Fr. Joannes Trabanco Europæus: secunda titulo linguæ Zoque ob assumptionem ad Magisterium. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Sebastiani Garcìa Goyena jam defuncti etiam Europæi, qui cum antea Magister honorarius tantummodo audiret; simul etiam Prædicaturam Generalem possidebat: tertia denique vel titulo Conventus de Amatitlan, vel linguæ Chanabal. de quibus sicuti de aliis dubia nostra infra proponemus Rmo. P. N. Mag. Vic. Gener. [redacted] ob renunciationem R. P. Ex-Prædic. Gener. Fr. Joachin Anasa, qui titulo Conventus prædicti potitus fuerat, vel ob obitum R. P. Prædic. Gener. Fr. Antonii Correa, qui tit. linguæ Chanabal Præd. Gener. in Chiapens. Provinc. extiterat.

EX NATIONE AMERICANA.

R. A. P. N. Præd. Gener. atque Ex-Provincialis Fr. Dominicus Ruiz de Carrascosa, commutato titulo Conventus Civitatis Regalis in titulum linguæ Cholti à Rmo. P. N. Mag. Vicar. Gener. Fr. Raymundo Guerrero Matriti 30. Ianuarii 1815. primitivis vero litteris patentibus Granatæ à Rmo. Diaz Calendis Junii 1806. Nunc titulo linguæ Cholti.

R. P. Præd. Gener. Fr. Joseph. Fiayo Parochus Sti. Andræe Sacabahá, litteris Granatæ Calendis Junii 1806. titulo linguæ Chiapæ Indorum.

R. P. Præd. Gener. Fr. Simon Molina. litteris Granatæ 30. Novembris 1808. titulo Conventus Sancti Salvatoris.

R. A. P. N. Præd. Gener. Fr. Joseph. Elias hujus Capit. Deffinitor, litteris Matriti 30. Ianuar. 1815. titulo linguæ Kiché.

R. P. Fr. Joseph. Maria Lopez Parochus Sti. Michaelis Chicah, litteris ut in præcedenti, titulo Conventus de Goatemala.

R. P. Præd. Gener. Fr. Franciscus Aguilar Parochus de Tactic, litteris ut in præcedenti. tiiulo Conventus de Sonsonate á Rmo. P. N. Mag. Vicar. Gener. novissime, ut veri Conventus approbati, istoque Prædicaturæ Generalis titulo decorati.

Vacat Prædicatura Generalis titulo linguæ Pocoman ob obitum R. P. Prædicatoris Gen. electi Fr. Joseph. Mariæ Pineda, qui quamquam titulo linguæ Yxil institutus á præcedenti Capit. reperiatur; titulo tamen linguæ Pocoman, institui debuit, cum ob obitum R. P. Præd. Gener. Fr. Emmanuelis Caietani Gonzalez, qui hunc titulum obtinuit, fuerit institutus, sicut Rmus. P. N. Mag. Vicar. Gener. in Epist. præcedentium Capi-

tulorum confirmatoria scité animadvortit. Mimime autem reputari valet ut vacans pro nostra Provincia Prædicatura Generalis quam R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Franciscus Morales obtinuerat ante suam ad Præsentaturam assumptionem, titulo Conventus de Tecpatlan, cum certo certius constel, ipsam á Rmo. P. N. Mag. Vicar. Gener. una cum aliis tribus Conventuum Provinciæ Chiapensis suppressam fuisse.

Prædicaturam Gener. tit. Conventus. de Kiché actu possidet R. P. Præd. Gener. Fr. Felicianus García, Provinciæ de Chiapa filius; attamen ipsa videtur nobis nunc vacare ex concessione N. Rmi. omnium sive illius, sive nræ. Prov. quatuor tantum exceptis.

POSTULATIONES, AD GRADUS.

AD MAGISTERIUM TITULO LECTIONIS.

EX NATIS IN HISPANIA.

POstulamus ad Magisterium titulo Lectionis R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Caietanum Diaz Parochum Sti. Sebastiani Antiquæ Guatemalæ loco actu vacante ob obitum R. A. P. N. in Sac. Theol. Mag. ac Doct. bis Ex-Provincialis Fr. Joannis Infante.

EX NATIS IN INDIIS.

NEmo postulari ad Magisterium hujus Nationis, visis Reverendissimorum Sanctionibus pro nunc valet.

AD MAGISTERIUM TITULO PRÆDICATIONIS.

EX NATIS IN HISPANIA.

POstulamus ad Magisterium Prædicationis titulo R. P. in Sac. Theol. Præsentatum Fr. Petrum Diaz, loco actu Vacante ob obitum R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Sebastiani Garcìa Goyena.

EX NATIS IN INDIIS.

NON EST MAGISTERIUM VACANS.

AD PRÆSENTATURAM TITULO LECTIONIS.

EX NATIS IN HISPANIA.

POstulamus Præsentaturam, quæ vacabit, cum ad Magisterium promotus fuerit R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Caietanus Diaz, pro R. P. Ex Lect. Theol. Fr. Anselmo Ortiz.

EX NATIS IN INDIIS.

NEminem postulare valemus ad duas hujus Nationis vacantes, eo quod completa non habeant. candidati merita omnia ad hoc juxta Reverendissimorum sanctiones requisita.

AD PRÆSENTATURAM PRÆDICATIONIS TITULO.

EX NATIS IN HISPANIA.

POstulamus Præsentaturam pro R. P. Prædicat. Gener. Fr. Antonio Lopez loco vacaturo ob postulatam promotionem ad Magisterium R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Petri Diaz.

INSTITUTIONES PRÆDICATORUM GENER.

EX NATIS IN HISPANIA.

INstituimus in Prædicat. Gener. tit. ling. Tzotzil R. P. Fr. Joseph Huerga jam à R. A. P. Prædicat. Gener. atque ex Provinc. Fr. Dominico Carrascosa ex consilio RR. PP. á Rmo. Quiñones ad hunc effectum designatorum, institutum; loc. actu vacante ob obitum R. P. Prædicat. Gener. in Provincia de Chiapa denati Fr. Joannis Trabanco.

Instituimus in Prædicat. Gener. tit. linguæ Zoque R. P. ex Lect. Fr. Bonaventuram Saenz, loco actu vacante ob assumptionem ad Magisterium de numero R. A. P. Mag. antea extranumerarii simul et Prædicat. Gener. Fr. Sebastiani Garcia Goyena denati. Renunciavit prædict R. P. ex-Lect. ex causis infra opponendis Cathedræ Scholasticæ.

Instituimus in Prædic. Gener. tit. linguæ Chanabal R. P. Fr. Emmanuelem de la Vega Populi de Esquipulas Parochum ob obitum R. P. Prædic. Gener. Fr. Antonii Correa in Provinc. de Chiapa defuncti. De quo titulo dubium Rmo. P. N. M. Vic. Gener. infra proponemus.

Circa Vacaturam ob postulatam Præsentaturam tit. Prædicationis pro R. P. Prædicat. Gener. Fr. Antonio Lopez dubium etiam exponemus Rmo. P. N. Mag. Vic. Gener. post meritorum relationem.

EX NATIS IN INDIIS.

INstituimus in Prædicat. Gener. tit. Conventus de Kiché R. P. ex-Mag. Studentium, et in Philosoph. Licenciatum Fr. Raphaelem de Aguirre, jam institutum una cum R. P. Huerga, loco actu Vacante ob disjunctionem à nostra Provincia R. P. Prædic. Gener. F. Feliciani García. Renunciavit jam pridem prædict. R. P. ex-Mag. Student.

Cathedræ scholasticæ ex valde eidem adverso terræ de Guatemala temperamento, ubi graves, et diuturnas contraxit infirmitates.

Instituimus in Prædicat. Gener. tit. ling. Pocoman R. P. Fr. Ignatium Mendez, Civitatis S. Salvatoris Parochum Vicar. loco actu vacante ob obit. R. P. Prædic. Gener. electi Fr. Joseph. Pineda.

MERITA POSTULATORUM, SUPPLICATORUM, AC INSTITUTORUM A RR. PP. REVISORIBUS RECOGNITA, ET PER VOTA SECRETA IN CAPIT. APPROBATA.

MErita R. P. in Sacr. Theolog. Præsentat ex natis in Hispania Fr. Cayetani Diaz, Conventus de Victoria filii, ætatis nunc 53 annor. profess. 36 relata reperiuntur in Actis nri. Cap. Provinc. ann. 1808 pag. 14, et 15 et Capit. ann. 1814 pag. 52, et 53: primo quidem loco seqüenti tenore. „ R. P. Sac. Theolog. Lect. Fr. Cayetanus „ Diaz, ex natis in Hispania ætatis 43 annor. postquam Philosophiæ; Illmi. Cano; et Angelici Præcept. Summæ studiis annos insumpsisset novem, „ totumque Illmi. Cano opus de locis Theologicis „ publice sustentasset, ad Philosophiæ Cathedræ „ concursum fuit admissus, et facta, approbataque

„ oppositione, à regali senatu inter regiæ ac Ponti-
„ ficiæ Universitatis Catedraticos fuit annumeratus.
„ Hac in Cathedra regenda exactissime se gessit. Sex
„ publicos litterarios actus sustinuit: suos disci-
„ pulos Baccalaureatus gradu decoravit, Philoso-
„ phiæque cursum laudabiliter complevit. Magisterii
„ Studentium munus non minori laude per in-
„ tegrum annum exercuit à die 14 Septembris
„ an. 1802 usque ad annum sequentem, in quo
„ Sac. Theolog. initium dedit. Sac. Doct Vesper-
„ tinam Cathedram per unum annum, duosque cir-
„ citer menses á 14 Septembris an. 1803 usque
„ ad diem 5 Novembris an. 1804 in quo ad Pri-
„ mariam ejusdem Sac. Doct. fuit assumptus, cu-
„ mulatissime explevit: per annos tres, quatuorque
„ menses hanc Ang. Præcep. Cathedram studiose
„ docet. Per singulos annos suæ Lectionis qua-
„ tuordecim ad minus quæstiones *Summæ* Ang.
„ Doct. D. Thomæ Aquinatis variis cum Disser-
„ tationibus historico criticis in palestra propug-
„ navit. In Collegio domestico Rectoris officium
„ magna cum alumnorum utilitate adimplet, qua-
„ propter in præsenti Capitulo ad idem munus
„ obeundum est innodatus. Neminem suæ Natio-
„ nis habet tot meritis ornatum, qui non sit pos-
„ tulatus et promotus „ Secundo autem loco, in
Actis, scilicet, ann. 1814 pag. 53, et remissivè
ad Acta ann. 1812, hoc modo. „ Merita R.

„ P. Sac. Theolog. ex-Lect. Fr. Caietani Diaz
„ ad Præsentatur. titulo lectionis postulati, loco
„ vacaturo ob ascensum ad Magisterium R. P. Præ-
„ sent. Fr. Antonini Pares missa reperiuntur in
„ Actis Capit. Provinc. ann. 1808 et addimus,
„ suam lectionem Theologicam jam perfecte ex-
„ plevisse, et Regentiam secundariam per unum
„ integrum annum fecisse. Singulis suæ lectionis
„ annis duo habuit de more publica certamina,
„ Nemo est suæ Nationis ætat. maior, vel profes-
„ sione, qui non sit postulatus, et promotus. „De
moribus á PP. Capituli probatus est.

Merita R. P. in Sacr. Theolog. Præsent, Fr. Petri Diaz Hispani, Conventus Hispalensis filij, ætat 57 annos: profess. 39 ita habentur in Actis nri. Capit. Provinc. ann. 1792. „In prædicto His-
„ palensi Conventu tam Philosophiæ quam Theol.
„ simulque Studio Melchioris Cani per octo annos
„ operam dedit. Sed in hac Provincia ab ejus in-
„ gressu usque hodie, Parochi munus cum anima-
„ rum profectu irrequieto exercet zelo in Populo
„ sibi commisso de Cancuc. In hacmet Parochia
„ per quatuor annos quibus illam in spiritualibus
„ suo nativo idiomate pascit, tres Quadragessimas,
„ præter alios multos de more Sermones è sugestu
„ cum laude, ac fructu uberrimo prædicavit. Simi-
„ liter anno præterito in hoc nostro Conventu Ci-
„ vitatis Regal. quadragessimam sub uno extra

„ opere complevit; permultosque alios cu m eodem „ profectu habuit. His uberrimis meritis addimus, „ publicum scholare certamen per integrum diem, „ quod in hoc Civit. Regal. Conventu Provinciæ „ nomine Illmo. D. Doct. Dom. Francisco de Oli- „ vares Episcopo Chiapensi consecratum sustenta- „ vit. Neminem habet suæ Nationis ætat. et pro- „ fess. maior. non supplicatum, qui tot sit meritis „ cumulatus. „ Et in Actis ann. 1812 sequenti „ tenore. „ Merita R. P. Prædicat. Gener. Fr. „ Petri Diaz ad Præsentaturam titulo Prædicat. „ postulati ob mortem R. P. Præsent. Fr. Alberti „ Miguez relata reperiuntur in Actis Cap. Pro- „ vinc. 1792, et Parochi munus, cum in Populo „ de Comitlan, tum in Populo S. Christophori „ Verapacensis exercens, multos Sermones cum „ fructu auditorum habuit. Neminem habet &c. Demoribus á Patribus Capituli probatus est.

R. P. ex-Lect. Theolog. Fr. Anselmus Ortiz, ex natis in Hispan. hujus nri. Conventus de Goatimala filius ætat. ann. 45. profess. 29. ad Vacaturam R. P. Præsent. Fr. Caietani Diaz supplicatus, post quam per novem annos Philosophiæ, Mag. Cano operi de Locis Theologicis, summæque Theol. S. Thomæ studuit, singulisque annis in Collegio nostro domestico cooptatus theses publicas sustentavit; Lectoris Philosophiæ, Oppositionis exercitio per unam integram horam præhabito, atque approbato,

per tres annos à die 14. Septembris ann. 1799 usque ad 22. Julii 1802. explevit munus; et annis singulis thesibus publicis Philosophicis præfuit in hoc eodem Conventu de Goatimala. Magister studentium fuit biennio in eodem Conventu á die 16. Septembris ann. 1805 usque ad 22. Julii ann. 1807. Cathedram Mag. Cano moderatus est quinquennio in hoc eodem Conventu á die 8. Nevembris ann. 1808. usque ad 22. Julii ann. 1813. Singulis tam Philosophiæ, quam Theolog. annis publicis Thesibus præses adstitit, easque in palæstra strenue defendit. Quibus lectionibus diligenter, et cum doctrinæ laude perfunctus est. De moribus á Patribus Capit. fuit approbatus. Neminem suæ Nationis habet non postulatum ætat. vel profess. maiorem, qui valeat postulari, quique cursum lectionum pari annorum numero expleverit, addito etiam anno integro Regentiæ secundariæ quam á die 15. Septembris ann. 1813. ad 22. Julii sequentis 1814. obivit in eodem Conventu.

Merita R. P. Prædic. Gener. Fr. Antonii Lopez Quintana Hisp. filii Conventus de Lugo, ætat. 54. ann. profess. 32. descripta leguntur in Actis nri. Capit. Provinc. an. 1803. his verbis: „ Ibi „ biennio, et sex mensibus Philosophiæ operam „ dedit. Assignatus vero huic Provinc. Goat. per „ sex menses in Convent. Goat. cursum complevit. „ et simil. Illmi. Cani, et summ. D. Thomæ ibidem

„ per annos sex studia adimplevit à die, scilicet, „ 7. Martii 1789. ad 22. Julii 95. In Metropol. Ecc„ cles. magno animarum fructu ac audientium plausu „ duas prædicavit Quadragessimas. Alteram in Po„ pulo famoso de Zalama ann. 96: et in prædio nro. „ S. Hyeronimi, cuius administrationem exercuit, „ præter alteram Quadragessimam ibidem prædi„ catam ann. 97. omnibus Dominicis, et festis „ Doctrinam Christianam, concionando explicaviit." Neminem &c. Ab anno 1803. usque ad præsentem 1814. per undecim Parochi munus obivit Populi de Xoyabah regio titulo, institutioneque canonica, ubi ferventi animarum zelo, earundemque fructu Dominicis diebus, aliis festis, et singulis Quadragessimis duabus per hebdomadam concionibus nisi propter administrationem sacramentorum, vel impeditus, non destitit Indiis proprio ipsorum idiomate, quod agregie callet prædicare. Per quatuor alios, ab anno, scilicet 1814. ad 1818. in populo de Cubulco omnia officia boni Pastoris et verbo et exemplo, proprio etiam Indorum idiomate prædicans, fideliter adimplevit, et prosequitur. De moribus á Patribus Capit. fuit probatus. Neminem habet suæ Nationis, ætat. vel profess. maiorem non postulatum, qui quadragessimalibus laboris tot annis perfunctus sit.

Merita R. P. Fr. Joseph Huerga Hispani, Conventusque Benaventani filii ætat. 47. ann. pro-

fess. 28. ad N. Rmum. P. Mag. Vic. Gener. exposita, atque transmissa sunt duobus ab hinc annis à R. A. P. N. Præd. Gener. et ex Provinc. Fr. Dominico Carrascosa. Et quia authographo caremus eo quod disparuit, ex quo illa extractare possimus ea methodo, qua descripta sunt; ea nunc prætermittimus. Addimus, ipsum ex illo tempore prosequi munus Parochi Vicar. œconomi Civitatis S. Salvat. De moribus probatus fuit á Patribus Capituli. Neminem habet suæ nationis se ætate, vel profess. maiorem non institutum, qui studia expleverit, et totidem quadragessimas prædicaverit.

Merita R. P. ex Lect. Fr. Bonaventuræ Saenz sequenti describuntur tenore. Cum anno 1797. solemnem emisisset professionem in Conventu S. Pauli Vallisoletano, exinde per novem annos continuos Philosophiæ Mag. Goudin per tres; Locis Theologicis Mag. Cano per unum integrum; summæ denique Theologicæ Ang. nri. Doctoris per quinque in eodem Conventu operam dedit, arguendo, respondendo, actusque Scholasticos sustentando prout in nostris generalibus studiis moris est, approbatis etiam cursibus omnibus per examen quod bis annis singulis subiit. Anno 1806. Philosophiæ Lector Conventus S. P. N. Dominici Zamorensis in Provincia Hispaniæ institutus, uno integro anno in illo Conventu suum Lectoris executus est munus, conferentiis, actibusque laudabiliter peractis ad scholam

spectantibus: quo elapso RR. PP. á Consiliis prædicti S. Panli Conventus, eum artium Lectorem ejusdem Conventus, prout in Privilegiis habent, nominarunt: quod munus per unum annum exercuit á die 14. Septembris ann. 1807. usque ad 24. Junii ann. 1808; cum explesset prius unum integrum in Zamorensi Conventu á die 14. Septembris 1806. usque ad 24. Junii 1807. Sicuti et singulos studentis annos á 14. Septemhris ad 24. Junii expleverat in suo S. Pauli Conventu.

Cumque secundum Philosophiæ Lectionis annum, Phisicæ nempe, ibidem per aliquot menses inchoasset, ex Gallorum exercitus irruptione coactus est é Conventu egredi una cum aliis tan sui, quam aliorum Conuentuum fratribus. Anno 1809. in Castrensi Valetudinario Civitatis munitæ de Ciudad Rodrigo Commisarii munere donatus, servitio regalium exercituum unius circiter anni spatio se se dicavit. Anno 1810. nostræ Provinciæ adscriptus, Secretarii Provinciæ per annum et dimidium functus est officio. Anno 1813. in Conventu nostro de Coban, cui assignatus fuerat, per totam Quadragessimam Conciones ad Populum consuetas bis per hebdomadam hispano idiomatæ habuit. Eodem anno Populi de Zalamá Coadjutor designatus, sacramenta verbumque divinum Dominicis et festis diebus animarum zelo fructuque distribuit. Populi de Chichicastenango Parochus Vicarius nominatus mense

Septembri ejusdem anni, sacramenta, et doctrinæ christianæ, ac Evangelii verbum proprio Indorum idiomate administravit usque ad mensem Januarii ann. 1814. in quo á Capit. Provinciali Magister Novitiorum et Supprior hujus Goatimalani Conventus institutus fuit, quæ quidem officia per aliquot menses exercuit, donec ab infirmitatibus ex adverso eidem terræ temperamento coactus est ad antiquam Guatimalam pergere curationis causa ex Medici præscripto. Tribus deinde annis cum duobus mensibus Parochus cum Illmi. Diœcesani titulo Imperialis civitatis de Coban extitit: ingenti illi Populo Sacramenta, verbum Dei proprio Indorum idiomate minist.; temporalia subsidia, templi decorem ac nitorem indefesso labore promovit: atque per tres predictorum annorum quadragessimas videlicet 1815, 1816, et 1817. consuetas conciones ibidem præfato Indorum idiomate bis in hebdomada prædicavit. Ter ad confessiones, verbumque divinum proponendum juxta nri. Ordinis Sanctiones examen subiit, approbationem meruit, atque expositus est. Cathedræ renunciavit Scholæ, eo quod integrum non explicaverit Philosophiæ cursum ex causis prædictis, quamvis pro eius integritate ac valore possent eidem computari anni, cum sui in Regali exercitu servitij ex regio decreto tempore supremi Hispaniarum Senatus (Junta Central vulgo nuncupati) atque ex Rmi. Diaz super hoc Enciclycis litteris

tum maritimi itineris suimet ad nostram Provinciam: atque etiam ex frequentium in Goatimala infirmitatum causa. Admissaque ejusdem renunciatione, nunc ex istis, ut nobis videtur justis causis institutus est. De moribus probatus fuit à Patribus Capituli. Neminem habet suæ Nationis se vel ætate, vel professione maiorem, non institutum, qui studia expleverit, et totidem quadragessimas prædicaverit. Ætatis est 37. ann. profess. 20. atque ex natis in Hispania.

R. P. Fr. Emmanuel de la Vega Hispanus, hujus Conventus de Goatimala filius etatis ann. 36. profess. 18. septem annis studiis ordinis dedit operam in prædicto Conventu. Artium namque cursum complevit á die 14. Septembris ann. 1800. ad diem 22 Julii 1803. et in Theologiæ studio per quadriennium integrum, anno Mag. Cano incluso, ex novissima Rmi. Diaz dispensatoria seu potius reductoria quinque Theologiæ ann. ad tres, ordinatione, sese exercuit à die 14. Septembris ann. 1803. ad 22. Julii 1807. Approbatis per duplicem examinationem annis singulis omnibus his curriculis, ad confessiones audiendas, verbique divini prædicationem exercendam ter præmisso etiam pro prima, secunda, et tertia vice examine approbatus ac expositus est. Tribus annis Parochus Populi de Lanquin cum Vicarii Capitularis, sede Vacante, titulo, extitit; ubi præter Sacramentorum adminis-

trationem, Christianæ doctrinæ præcepta, et Evangelii verbum tam Dominicis, et festis diebus, quam aliis per quadragessimam consuetis bis in hebdomada, annis 1811, 1812, et 1813. idiomate Kecchi Indis illis prædicavit. Per tres etiam curciter annos Parochiæ civitatis Imperialis de Coban administrationem in Parochi absentia, et in vacante frequenter exercuit. Parochi denique de Esquipulas munus cum Diœcesani titulo annis ab hinc circiter tribus cumulate adimplet; ubi duas alias quadragessimas hispano idiomate, incolarum nativo, annis 1806. et 1817. bis in hebdomada ad populum habitis concionibus prædicavit. De moribus á PP. Provinciæ approbatus est; neque quemquam suæ nationis habet se ætat. vel profess. maiorem non institutum, qui studia expleverit, et totidem quadragessimas prædicaverit.

Merita R. P. ex-Mag. Studentium, et in Philosoph. Lincentiati Fr. Raphaelis de Aguirre descripta, tranmissa que sunt ad N. Rmum. P. Mag. Vicar. Gener. sicuti et merita R. P. Huerga: et nunc officium prosequitur Parochi cum regio titulo, institutioneque canonica Populi de Xoyabah. ætat. est 43 annor. profess. 27 estque ex natis in Indiis. De moribus à Provinciæ Patribus probatus est: neque quemquam suæ nationis habet se ætat. vel profess. maiorem non institutum, qui stu-

dia expleverit, et totidem quadragessimas prædicaverit. Filius est Conventus de Guatimala.

R. P. Fr. Ignatius Mendez ætat. annor. 37. profess. 18, Conventus Guatimalani filius Artium cursum complevit in eodem Conventu á die 14 Septembris ann. 1880 ad diem 22 Julii 1803 et in Theologiæ studio per quadrienium integrum fuit in eodem Conventu, connumerato etiam Magistri Cano cursu, ex-novissima ut supra in relatione meritorum R. P. Vega, Rmi. Diaz circa Theologiæ annos ordinatione. Theses insuper, et privatas, et publicas in Collegio præsertim Domestico nostro existens sustentavit. Examen singulis sexenniis sui studiorum temporis sustinuit cum RR. PP. examinatorum approbatione. Oppositionis per horam integram exercitium in concursu ad Philosoph. Cathedram approbatum habere meruit. Ter ad fidelium confessiones excipiendas, atque ad prædicandum verbum Dei, juxta nostri ordinis leges, et ordinationes examinatus approbatus, ac expositus est. Anno 1809. Missionarius à Prælatis destinatus ad Populos de Apastepeque, de Olocuilta, atque Civitatis S. Vincentii, magno animarum fructu in vinea Domini Sabahot die, nocteque laboravit. In Civitate S. Salvatoris ann. 1814 Parochus Vicarius Œconomus ab Illmo. Diœcesano nominatus, Parochialia munia solerter exercuit. ac exercet: atque incolarum Civium pacificationem

in difficillimis insurrectionis circunstantiis fidelitate plenus, ac zelo pro legitima autoritate Catolici nostri Regis fervens, quá concionibus, quá privatis adhortationibus sanisque consiliis, struenuè, constanter, ac prudenter, quantum sua interfuit, promovit, et tutatus est; cum alia etiam sui muneris negotia, plena cum approbatione, ac satisfactione nostri Metropolitani fælici exitu pertractarit. Consuetis præter Sacramentorum nocte dieque administrationem, evangelicis concionibus; tam Dominicis diebus, quam festis aliis, et in trium annorum 1815, 1816 et 1817 quadragessimis bis per hebdomadam Christi fideles divinæ legis præcepta, religionis dogmata, virtutes omnes et verbo, et exemplo docuit, et docet; Multas alias ab ipso ad populum habitas conciones possemus sigillatim describere ni exposita merita sufficerent ut nostro quidem judicio sufficunt, ad ipsum institutione in Prædicat. Gener. promovendum. Natus est in Indiis. De moribus á Provinciæ Patribus probatus est; neminemque habet suæ nationis ætate vel professione se maiorem non institutum, qui studia expleverit, et totidem quadragessimas prædicaverit: quamquam enim alius ejus nationis sit paulo antiquior, is tamen nec in juris forma suorum attestationem meritorum Capitulo præsentavit, nec illi est meritorum valore par.

DUBIA SUPER VACANTIBUS ET CANDIDATIS

PRIMUM.

CUm ex munifica Rmi. P. N. M. Vicar. Gen. concessione novæ Prædicaturæ Generalis simul cum approbatione erectionis nostri Conventus de Sonsonate Provinciæ facta, quindecim Prædicaturæ Generales, etiam suppressa ea, quæ recens vacavit Conventus, qui fuit de Amatitlán, numerentur; æqua nobis hæret, cùm super isto earum numero in perpetuum constituendo, tum super quibusdam titulis, ob Capitulorum præcedentium variationes nonnullas restantibus, applicandis uni certæ ex duabus Nationi, ac personis. Primùm namque, suppressis á N. Rmo. in nra. Provincia quatuor Prædicaturis Generalibus Conventuum Civitatis regalis, de Chiapa, de Comitlán, et de Tecpatan propter incompatibilitatem residentiæ in hac Provincia cum eá in illis fieri debita; ex duodeviginti Prædicatùris Generalibus, quæ in utraque Provincia recensebantur, quatuordecim ex venebola aliunde concessione N. Rmi. omnium idiomatum tan hujus, quam illius Provinciæ in nostra remanserunt. Attamen lectis, perlectisque veterum Capitulorum Actis, ordinationibus Gener. totius Ordinis Magistr. atque Actorum confirmatoriis litteris, collatis de-

mum his omnibus cum præsenti rerum statu, ac recentibus variationibus, sequentem ex his operationibus deducimus Prædicaturar. Gener. num. Decem, videlicet, titulo idiomatum, quamquam novem tantum habeamus idiomata Provinciæ concessa; quoniam Rmus. Cloche ann. 1718, ut Acta nri. Capituli Prov. ann. 1769 §Declaramus tandem, testantur; concessionem Provinciæ indulsit duplicis tituli linguæ Clolti, qui etiam nunc duplicatus extat. Idiomatum vero nomina sequentia sunt. 1.m Pocoman. 2. Kiché. 3. Chiapa Indorum. 4. Tzotzil. 5. Zoque. 6. Cacchi. 7. Tzendal 8. Chanabal. 9. Cholti 1.m 10. Cholti 2.m Quibus sequentes tituli pro Conventibus adduntur: 1. et 11a. Prædicatura Gener. Conventus de Guatemala, 2. et 12a. Conventus de Coban 3. et 13a. Conventus S. Salvatoris. 4. et 14a. Conventus de Kiché 5. et 15a. Conventus de Sonsonate. Plurimum quidem confidimus, N. Rmum. P. Mag. Vicar. Gener. nullum suppressurum titulum ex his qui actu in Provincia vigent; non tamen audemus quindenarium Prædicaturarum Gener. præfatum numerum tanquam perpetuam regulam stabilire; quapropter humiliter decissionem, atque sanctionem á Suprema N. Rmi auctoritate super hac re expectamus.

DUBIUM SECUNDUM.

Ex Catalogo, atque Institutionibus suprascriptis apparet, octo Prædicaturas Generales inclusis Vacantibus pro Natione Americana recenseri, septem vero pro Hispana. Ex hac autem dispari pro Natione utrâque enumeratione coacti sumus, titulum linguæ Chanabal antea ad Americanam Nationem attinentem, Hispanæ Nationi applicare, ne novem pro Americana forent, et sex tantum pro Hispana. Ad quod quidem accedit, cùm trium titulorum totidem Conventuum Chiapensium, scilicet, Civitatis Regalis, de Chiapa, et de Comitlan à N. Rmo. facta suppressio, qui ad Hispanam olim spectabant Nationem; tum duorum immediate sibi succedentium Prædicatorum Generalium Americanorum tituli Civitatis Regalis ad Hispanos, ut supra attinentis anterior obtentio. Quibus attentis, nihil mirum videbitur, huiusmodi applicationem alteri Nationi nunc fieri. Quod autem prædictus Civitatis Regalis titulus ad Hispanam aliquando pertinuerit Nationem, liquet ex Actis nri. Capit. Provinc. ann. 1769. ubi sub præfato titulo Conv. Civit. Reg. R. P. Prædic. Gener. Fr. Franciscus Davila ex natis in Hispania primo describitur loco. Itaque cum hujusmodi Variationes conspiciamus, expositamque titulorum actu vingentium pro Natione utraque inæqualitatem; non tam super his fundatur nos-

træ dubitationis ratio, quam super auctoritate prædictæ applicationis tituli Chanabal á nobis fiendæ: quapropter Rmi. P. N. Mag. Vicar. Gener. supremæ auctoritati, ne videremur nostrarum facultatum limites transcendisse, illam duximus summittendam; et ut sub ejusdem decretis idipsum sapiamus omnes, et non sint in nobis schismata.

DUBIUM TERTIUM.

AD Vacaturam quod attinet ob supplicatam Præsentaturam titulo Prædicationis pro R. P. Prædicat. Gener. Fr. Antonio Lopez, dubitationem nobis ingerunt, et Institutio in Prædicat. Gen. duobis ab hinc annis á R. A. P. N. Prædic. Gener. et ex Provinc. Fr. Dominico Carrascosa, tametsi alio tit. facta R. P. Fr. Joseph. Ibañez, ad cujus tituli occupationem, cum Patentes Litteræ nondum ad nos pervenerint, alium propter maiorem á professione antiquitatem ei prætulimus; et ea, quæ contraxit merita R. P. Fr. Andræas Pintelos, qui quidem ætatis defectu, sicuti, et R. P. Vega, non fuit tunc temporis institutus. Merita quidem habet quædam prædictus R. P. Ibañez ad N. Rmum. á R. A. P. N. Carrascosa jam transmissa: in præsentiarum tamen, cum R. P. Pintelos jam, ut institui queat, ætatem attigerit, á Capit. Gener. Salmanticæ 1551, ut habetur in nostris Constitutionibus Dist. 2.

cap. 12. § 5. litt. f. requisitam; sufficientiaque, ut nobis videtur habeat merita, quæ jam jam describemus: aliunde etiam, cum Romæ. 1589, prout habetur loc. cit. nostrar. Constitut. auctoritate Appostolica mandatum sit sub formali præcepto, ut nullus postuletur Prædicator Gener. qui actus legitimos non fecerit, ac requisitas conditiones non habuerit, locusque vacaverit, et stantibus æqualibus meritis, æqualique idoneitate antiquiores junioribus præferantur, hæc omnia magis favere videntur R. P. Pintelos, quam R. P. Ibañez: cum iste, quamquam valde religiosis instructus moribus, defectu laboret cursuum ad scholæ studia requisitorum, commutatis á Rmo. Diaz ad Prælati supplicationem Cani cursu, et tribus summæ S. Thom. in duos annos Theologiæ Moralis, quos explevit; quamvis supplicatio hujusmodi absque sui sollicitudine, sive prætensione ulla fuerit facta: atque etiam cum examen ad confessiones, et prædicationem pro secunda, et tertia vice eidem restet adhuc subeundum. Quapropter, si duobus ab hinc annis in nostro fuisset arbitrio, ac facultate de Prædicatorum Generalium institutionibus agere; potius unam Prædicaturam Generalem vacantem reliquissemus ex personarum idonearum defectu, quam prædictum R. P. Ibañez instituissemus. Itaque Dubium nostrum non tam in ambigua meritorum utriusque æqualitate, quam in institutione R. P. Ibañez fundatur, quam utpote á

legitima auctoritate factam, debita reverentia suspicimus. Merita ejus, quoniam relata jam, atque transmissa sunt ad N. Rmum., hic ea repetere prætermittimus. Merita autem R. P. Pintelos sequentis tenoris sunt.

R. P. Fr. Andræas Pintelos ex natis in Hispania, Conventus Salmatini filius, ætat. 35. annor. profess. 18. octo annis studiis ordinis operam dedit in prædicto suo Conventu. Artium namque cursum complevit á die 14. Sept. ann. 1800. ad diem 24. Junii ann- 1803. et in Theol. studio per quadriennium integrum, præter Mag. Cani integrum annum, se se exercuit; videlicet à die 14. Sept. ann. 1803. Cani operi de Locis Theolog. dedit operam ad 24. Junii 1804. Summ. autem S. Thom. à die 14. Septem. an. ejusdem ad 24. Junii 1808. Approbatis deinde per duplicem in singulis annis examinationem omnibus his curriculis; ad confessiones audiendas, verbique divini prædicationem exercendam ter præmisso etiam pro prima, secunda, et tertia vice examine, approbatus, ac expositus est. Anno eodem 1808. assignatus nostræ Provinciæ, cum quatuor tantum mensibus in hoc Guatimalano Conventu commoratus fuisset; Prælatorum subinde mandatis obtemperans, Prædii S. Hyeronimi, ex quo hujus prædicti Conventus tota feré victus ratio pendet, administrationem suscepit. Ubi per novem annos, adjuncto eidem uno fratre Converso, temporalia, et

spiritualia administravit, atque administrat: nam præter sedulam temporalium curam, mancipiis ibidem nostris, cæterisque tam Indis, quam libertis ejusdem Prædii in magno numero incolis, sacramenta in vita, et in morte, ac verbi divini pabulum Dominicis diebus, festis aliis per anni circulum, et in Quadragessimis, concionibus bis in hebdomada distribuit: per annos scilicet. 1809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, et 817. Omnibus tam scholæ exercitiis, ad quæ valde aptus est, quam concionibus Quadragessimalibus in aliis Civitatibus, et terris coactus est valedicere, tantum ut obedientiæ morem gereret. Expensis igitur rationum momentis, quæ utrique candidato favere videntur, postulationem unius præ alio ad Vacaturam prædicti R. P. Lopez in præsenti facere prætermittimus, eamque nri. Rmi. remittimus decissioni. Addimus tamen et R. P. Fr. Andræam Pintelos, et R. P. Fr. Joseph. Ibañez á Patribus Capituli fuisse de moribus probatos: et R. P. Pintelos neminem habere suæ Nationis se ætat. et profess. maiorem, qui institutus non sit, et totidem Quadragessimas prædicaverit. Cupientes vero quantum in nobis est amborum meritis præmia dispensari, Rmam. Paternitat. vestram enixis animis rogamus, ut quoniam pro Natione Americana octo Prædicaturæ Generales, ut jam diximus, in præsentiarum recensentur, pro Hispana autem septem; titulus vero linguæ Ixil,

quæ ad Parœciam nostram de Nebah spectat, inoccupatus est, quamvis de numero non sit titulorum Provinciæ, unum ex Candidatis, qui relinquendus est absque Institutione, de qua agimus, eo titulo decorare dignetur: quó pari Prædicaturarum Generalium numero utraque Natio in posterum potiatur. Id quod inter alia plura vestræ prædilectionis erga nostram Provinciam pignora, gratis animis pro magno munere computabimus.

DECLARATIONES DE PROFESSIONE A QUIBUSDAM FRATRIBUS FACTA.

DEclaramus, eos fratres, qui tempore Prioratus R. A. P. Præsentat. hujus Guatimalani Conventus actualis Prioris Fr. Dominici Salvatierra ante quintum decimum ætatis annum ad habitum nri. ordinis sunt recepti; dispensatione petita, et obtenta R. A. P. N. ex Provincialis Fr. Dominici de Carrascosa super tribus mensibus, qui post sextum decimum annum ætatis expletum á Constitutionibus præscribuntur, juxta prædicti R. A. P. Præsentat. Prioris verbalem attestationem, professionem solemnem emissise, ut studia absque temporis jactura inchoarent, atque ob paucitatem fratrum professorum in Domo Novitiorum commo-

rantium quibus ad divina officia solemniter peragenda in choro, et in altari opus fuit. Propter has causas Rmum. P. N. M. Vicar. Gener. suppliciter rogamus, ut R. A. P. N. Priori Provinc. pro tempore plenam facultatem committere dignetur, quà tamquam à Suprema ordinis autoritate in Hispanis ditionibus, deinceps constet istum uti in similium necessitatum casibus pro omnimoda quoad hoc conscientiàrum quiète.

Declaramus etiam ex verbali præfati R. A. P. Præsentat. Prioris attestatione, eos qui professionem fecerunt postquam Rmus. Diaz obiit, qui suo tantum nomine expresso eam fieri præceperat, et ubi primum nobis constitit de N. Rmi. P. Mag. actualis Vicarii Gener. ad Vicariatum General. assumptione, ita suam professionem expresisse. "Et tibi nostro Priori hujus Conventus vice Rmi Mag. Ord. fratrum Prædicat. vel Rmi. P. N. Mag. Vicarii Gener. in regnis Hispaniæ Fr. Raymundi Guerrero &c.

SUPPLICATIONES.

ENixis precibus humiliter, suppliciterque N. Rmum. P. Mag. Vicar. Gener. rogamus, ut pro singulari qua nostram Provinciam et nos prosequitur paterna dilectione, nobis mittere dignetur confirmationem tam nræ. electionis concordibus animis

factæ quam Actorum hujus nri. Capituli cum litteris patentibus pro omnibus in his Actis postulatis, supplicatis, et institutis.

Supplicamus etiam, ut quoniam P. Fr. Marianus Perez Sacerdos, qui ætatis est 45 annor. capacitate pollet, qua in Moralibus erudiri adhuc valet ut pro Confessionibus fidelium excipiendis habilis reddi queat, vestra Rma. Paternitas dispensare ipsum non dedignetur super Studiorum cursibus, quos approbatos habere debuerat, quosque perdidit omnes; ea sub conditione, ut ter examen per duas integras horas, ut apud nos moris est singulis trienniis expleat; approbationemque obtineat. Causæ dispensationis quam petimus sunt paucitas operarior. messis multa nimis; ac prædicti Patris religiosi mores, qui dispensationem non demerentur.

Superiores duas Supplicationes vix dum conscripseramus, et ecce tristis nuncius per publicum tabellionem affertur, R. P. in Sacr. Theolog. titulo Prædicat. Præsentat. Fr. Cosmam Alonso ex natis in Hispania extremum diem obiisse. Postulamus igitur hanc actu vacantem pro R. P. Prædicat. Gener. Parocho et Vicar. Domus nostræ de Ravinal, Vicarioque Ecclessiastico Provinciæ Verapacensis ab Illmo. Diœcesano hoc titulo decorato. Fr. Francisco Abella. Merita vero ejusdem descripta habentur in Actis nri. Capit. Provinc. ann

1808 pag. 17 ex quo tempore suos prosecutus est labores in Populo de Nebah cum duobus ejus annexis per alios duos annos: in Populo S. Petri de Carcha, ejusque S. Joannis annexo per tres: in Populo denique de Ravinal per quinque; ubi etiam nunc existit, muniaque exercet omnia Parochi, ac Ecclessiastici Vicarii totius Provinciæ de Verapaz. ætat. est 48 annor. profess. 30. Neminem habet Hispanæ suæ Nationis ætat. professione ve maior. tot ornatum meritis qui, postulatus non sit. Ad vacaturam ejusdem nemo est ex Natione illius, qui requisita habeat merita pro quo postulari institutio queat. præter unum ex duobus de quibus in tertio dubio; casu, quo Rmus. N. non arbitretur expedire titulum supplicatum linguæ Ixil ipsi conferre.

ORDINATIONES PRO REGULARI DISCIPLINA.

OBservantiæ, tam votorum religionis, quam Constitutionum nostrarum custodiendæ, ac promovendæ intenti, in memoriam revocamus ordinationem 43 ex his quas Rmus Bremond ad nostram Provinciam ann. 1751 direxit sequenti tenore expressam. „ Iam veró Conventum aliquem designari, in „ quo vita communis, et Constitutiones nostræ „ à cunctis illic degentibus ad litteram, omnique „ eliminata dispensatione serventur, sub pœna ab-

„ solutionis ab officio PP. Provincialibus in Capit. „ Gener. 1706, et in nostro novissimo Bononiensi „ 1748 ordinat. 4. pro observantia regulari in „ junctum est." Cum itaque designatio Conventus Stæ Crucis de Kiché, de qua sermo in prædicta Rmi. Bremond ordinatione fit, effectu caruerit: cumque pro illo Conventu, substitutus, ac deputatus fuerit Conventus S. Salvatoris in Congregatione intermedia anni 1790, operæ pretium etiam ducimus ea referre verba, quæ Rmus. Quiñones in Confirmatione Actorum præfatæ Congregationis sub dat. Romæ 1791 super hac re ad Provinciam rescripsit, quæ sequentis sunt tenoris. „Gratissima nobis est designatio Conventus Sti Salvatoris, ut in eo vita Communis, legesque nostræ absque ulla dispensatione plene, perfectèque observentur, quemadmodum sæpissime in Generalibus Capitulis, novissimeque in Romano ann. 1756 habito pro regulari observantia confirmat. 1. mandatum est. „ Iteramus igitur prædictam designationem Conventus Sti. Salvatoris pro communi vita, regularique omnimoda observantia, in præfata Congregatione, ut Rmus. Quiñones loquitur inchoatam, quó perfecte regularis disciplinæ custodia in illo Cœnobio, quantum cúm Domino possumus, vigeat.

In memoriam revocamus Comfirmationem in Capit. Romano 1601 factam, quæ sic habet. Con-

firmamus, quod in duobus præcedentibus Capitulis Romæ et Valentiæ, aliisque sæpius sancte statutum fuit: ut qui pecunias undecumque habuerint, teneantur eas sub pœnis proprietariis debitis infra terminum viginti quatuor horarum suo Prælato præsentare, atque ex ejus licentia in Communi deposito ponere. Et Lugduni 1318 additur: In quam pœnam (proprietariis debitam) similiter volumus incurrere omnes, qui hujusmodi deposita apud seculares habuerint in futurum.

Ordinamus, ut Conciones Sti. Evangelii, et Rmi. Rossarii primis singulorum mensium Dominicis haberi solitæ ad Prædicatores Smi. Rossarii pertineant: ac proinde Instituimus in Prædicatores Sti. Evangelii et Smi. Rossarii pro Conventu nostro de Guatemala cùm isto onere vere, et cúm effectu adimplendo RR. PP. Lect.^{m} Theolog. Fr. Michaelem de Ayzinena, et Fr. Josephum Ibañez. Pro cœteris Provinciæ Conventibus RR. A. PP. Priores providebunt; ipsis enim hanc spartam committimus.

Ordidamus, ut omnes RR. PP. qui prædicabunt, ante singulas conciones sua deferant manuscripta ad manus suorum respective Prælatorum pro revisione ac censura.

CIRCA STUDIA.

OOrdinamus, ut omnes RR. PP. Lect. singulis annis duo habeant consueta litteraria certamina publica; minimé vero ea, ut sæpe factum est, ad ultimos suarum Lectionum annos sine causa á Prælatis probanda differant.

Ordinamus, ut omnes RR. PP. Lectores suas publicas Theses Prælato superiori Provinciæ præsentent pro earum revisione, ac censura, priusquam eas typis edendas mittant.

Ordinamus, ut prædicti RR. PP. Lectores actu legentes, non mittantur ad illos festivitatum concursus (de asistencia vulgo nuncupatos) qui juxta consuetudinem ad hujusmodi scholæ Lectores non pertineant.

MAGISTRI LINGUARUM.

UT Parochialis Indorum administratio cum debito fructu, rité, sancte, et exacte executioni mandetur, ordinamus, ut religiosi ad ipsorum administrationem destinati omnem adhibeant sollicitudinem eorum idiomatibus respective addiscendis. Proinde instituimus, et damus in Magistrum linguæ Kecchi pro Conventualitate de Coban R. P. ex Lect. et prædicti Conventus Suppriorem Fr. Bonaventuram Saenz! et pro Conventualitate et lingua Kiché R.

P. Prædic. Gener. Parochum de Cubulco Fr. Antonium Lopez Quintana.

NOTARII APPOSTOLICI.

AUctoritate Appostolica SS. D. N. Pii Papæ V. utentes, nominamus Notarios Appostolicos pro Conventu de Goatimala R. P. Lect. Theol. Fr. Michaelem de Ayzinena, et pro S. Salvatoris R. P. Prædic. Gener, ejusdem Conventus Suppriorem Fr. Calixtum Aberasturi.

ACCEPTATIONES AD SUFFRAGIA.

ACceptamus ad Ord. nri. suffragia, bonaque spiritualia nræ. Prov. participanda D. Joseph. Athanasium Urrútia, Clericum minor. Ord. D. Ambrosium Sanchez, Dñam. Mariam Emmanuelam Portillo, et Dñam. Mariam Theresiam Estrada, et Valladares, omnes cum onere unius Missæ.

NOMINA DEFUNCTORUM

QUI A PRÆCEDENTI CAPITULO OBIERUNT.

IN Conventu nostro de Goatemala obiere R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Antoninus Parès, quinquagenar. mai. P. Fr. Raymundus Fernandez Sacerdos viginti novem annor. R. A. P. in Sac. Theol.

Mag. et Doct. Studiorum Regens Primarius Fr. Joachim Figueroa sexagenar. mai. Fr. Franciscus Lopez, Laicus octogenar. min. C. O. S. V. R. P. Fr. Joseph Maria Pineda, quadragenar. mai. R. A. P. N. in Sac. Theolog. Mag. et Doct. iterato ex Provinc. Fr. Ioannes Infante octogen. min. et R. A. P. in Sac. Theolog. Mag. Fr. Sebastianus Garcìa Goyena septuagenan. min.

In antiqua Goatimala obiit Philipus Barrientos septuagenarius; qui á Puerulo, constanti semper erga Smum. Rossarium B. M. V. devotioni addictus, magnos in virtutum exercitio progressus in dies fecit; humilis, pudicus, supra modum mansuetus, ac patiens, in oratione, ac meditatione assiduus; præsertim vero in promovenda, atque amplificanda SS. Rossarii confraternitate devotioneque adeo argumentosus fuit; ut oppida plurima pedibus semper iter agens quotannis circumcursaret; rossariorum calculos distribueret, atque ea qua apud omnes valebat gratia, omnium corda ad se raperet eaque ad pedes Bmæ. V. Mariæ del Rossario adduceret, ac præsentaret. Ad ejus denique cadaver magna parvulorum turba alioquin à defunctorum corporibus valde metuentium accessit; rosas, ac flores super eum spargebant, et juxta ipsum stabant. T. P. O. N. C. O. S. V.

In Conv. S. Salvatoris R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Joseph. Gascon octogenar. mai. et R.

P. in Sac. Theolog. Præsent. Fr. Cosmas Alonso sexagenar. min.

In Conv. de Coban R. P. in Sac. Theolog. Præsent. Fr. Desiderius Reyes, quinquagenar. min. et R. P. Fr. Emmanuel Fernandez quadragenar. min.

EX ADMISSIS AD SUFFRAGIA.

ILLmus. D. Dr. D. Ambrosius Llano Episcopus Chiapæ, et Dña. Theresia Wallop, cum onere trium Missar. Dña. Maria Toscano, D. D. Michael Arrece Presbiter. Dña. Maria Josepha Barrutia, et Dña. Felisia Gusman, omnes cum onere unius Missæ.

SUFFRAGIA PRO VIVIS.

PRO SS. D. N. Pio Papa VIJ. Ord. nri. Protect. quilibet Convent. unam Missam.

Pro Catolico Rege N. Ferdinando, ejusque Sereniss. Conjug. Maria Elisabeth de Berganza Q. C. U. M.

Pro Sereniss. Regibus Carolo IV. Conjugeque Maria Aloysia cum prole cuncta regia Q. C. U. M.

Pro Rmo. P. N. Mag. Vicar. Ord. Gener. in Hispaniarum regnis Fr. Raymundo Guerrero Q. C. U. M.

Pro Rmo. P. N. totius Ord. Gener. Mag. Fr. Pio Joseph. Gaddi Q. C. U. M.

Pro Illmo. ac Rmo. D. D. ac Mag. Guatimal. Archiep. D. Fr. Raym. Casaus et Torres ex ordine nostro assumpto. Q. C. U. M.

Pro Illmo. D. Doct. ac Mag. D. Fr. Nicolao Garcìa Episc. Nicarag. ex Ord. N. assumpto. Q. C. U. M.

Pro Filiis nris. charissimis Indis Q. C. U. M.

Pro Fratribus, Consanguin. Familiaribus, et Ord. ntri., præsertim hujus nræ. Provinc. Benefactoribus Q. C. U. M.

SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

PRO anima SS. D. N. Pii Papæ VI. Ord. nri. olim Protect. Q. C. U. M.

Pro anima Regis nri. Caroli III. Q. C. U. M.

Pro anima Rmi. P. N. Mag. Vicar. Gener. Fr. Joseph. Diaz. Q. C. U. M.

Pro anima Rmi. P. N. totius Ord. Gener. Mag. Fr. Balthassar. de Quiñones. Q. C. U. M.

Pro anima nri. magnifici Benefact. D. D. Joann. Molina, qui perpetuam eleemosynam nostris Capitulis erogavit. Q. C. U. M.

Pro animabus fratr. et Soror á præcedent. Capit. defunctor. Q. C. U. M.

Pro animabus demum consanguin. Familiar. et benefact. Ord. nri., præsertimque hujus nræ. Provinc. Q. C. U. M.

NOMINA FRATRUM IN PROVINCIA EXISTENTIUM.

IN CONVENTU GUATIMALÆ.

Hisp. R. A. P. N. ex Lect. Theol. Dr. Primariusque Philosoph, in Guatimalana Academ. Cathedrat. Prior Provincialis Fr. Ludovicus Escoto, nat. Valentiæ ætat. 50. annor.

Amer. R. A. P. in Sac. Theol. Præsent. Goatimalanique Conv. Prior. Fr. Dominicus Cletus Salvatierra, nat. in Oppid. de Ravinal ætat. 40. annor. Archiepiscopat. Goatimal.

Amer. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. apud Goatimalanam Cur. Procurat. Gen. Fr. Marianus Ibañez, nat. Goatim. ætat. 55. annor.

Amer. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. et Suppr. Fr. Emmanuel Perez, natus in Oppid. de Amatitlan Archi-Diœces. Goatim. ætat. 77. annor.

Amer. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. et Dr. Fr. Didacus Salazar, nat. in Civit. Regali Diœces. Chiapæ, ætat. 49. annor.

Amer. R. A. P. N. Prædic. Gener. et ex Provinc. Fr. Dominicus Ruiz de Carrascosa nat. antiq. Goatem. ætat. 53. annor. Archi-Diœces. Goat.

Hisp. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. honorar. Fr. Augustinus Blazquez nat. in Villanova de Le-

rena Magistrat. Alcant. ætat. 55. annor.

Amer. R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Ildephonsus Escobar, nat. in antiq. Goat. Archi-Diœces. Goathim. ætat. 65. annor.

Hisp. R. P. in Sac. Theol. Præsent. Regensque Primar. Fr. Joseph. Andræas á Sta. Maria, nat. in Oppid. Sada Archi-Diœces. Compostell. ætat. 63. annor.

Hisp. R. P. in Sac. Theol. Præsent. S. Sebastiani antiq. Goatim. Parochus Fr. Caietanus Diaz, nat. in Villa-Budia Seguntinæ Diœces. ætat. 53. annor.

Hisp. R. P. in Sacr. Theol. Præsent. honor. Fr. Anselmus Ortiz, natus in Villa Cobarrubias Archi. Diœces. Burgens. ætat. 45 annor.

Hisp. R. P. ex-Lect. Theol. et Dr. Fr. Ioannes Indacoechea, Beatar. Indar. Vicar. nat. in Villa de Ezcurra Diœces. Pampilonens. ætat. 48 annor.

Amer. P. Fr. Marianus Perez, natus in Civitat. S. Salvatoris Archi. Diœces Guat. æt. 45.annor.

Amer. R. P. Prædic. Gener. Fr. Ioseph Marìa Lopez, natus in Oppid. Pinúla Archi. Diœces. Guat. Parochus S. Michaelis Chicah, etat. 44 annor.

Hisp. R. P. ex-Mag. Student. Fr. Felix Campos, nat. in Villa Cienpozuelos, Tolet. Archi. Diœces. ætat. 40 annor.

Hisp. R. P. Fr. Isidorus Luege, Student. Mag. nat. in Villavitiosa Dioeces. Ovetens. ætat. 38 annor.

Hisp. R. P. Fr. Andræas Pintelos, Prædii S. Hieronimi Administrat. nat. in Oppid. S. Iacobi de Parada Dioeces. Tudensis ætat. 35 annor.

Hisp. R. P. Philosoph. Lect. Fr. Petrus Campos, nat. in Oppid. Fuentes Archi. Diœces. Hispalens. ætat. 35 annor.

Hisp. R. P. Fr. Antonius Garcìa Toledano, Cani Cathedr. Moderat. nat. in Villa Val de Sto. Domingo, Toletanæ Archi. Diœceseos, ætat. 33. annor.

Amer. R. P. Fr. Michael de Ayzinena, Lect. Theol. Novitiorumque Mag. nat. Guat. ætat. 33 annor.

Amer. R. P. Philosoph. Lect. Fr. Dominicus Nicolaus Iudice, nat. Guat. ætat. 27 annor.

Amer. R. P. Fr. Raymundus Xalon, nat. in Civitat. Gracias á Dios ætat. 30 annor.

Hisp. R. P. Fr. Joseph Cacho, in Div. Caroli Academ. Philosoph. Cathedrat. nat. in Villa Camargo Diœces. S. Andrææ ætat. 30 annor.

Hisp. R. P. Fr. Joseph. Ibañez, Convent. Guat. Procur. nat. in Villa Pedroso, Diœces. Calagurit. ætat. 49 annor.

Hisp. R. P. Fr. Hiacintus Cabrero, nat. in Oppd. Quixas, Diœces. S. Andrææ ætat. 30 annor.

Amer. P. Fr. Emmanuel Palma, nat. in Oppid. S. Catharinæ de Mita Archi. Diœces. Guat. ætat. 26 annor.

Amer. P. Fr. Dominicus García, nat. in Oppid. de Ravinal Archi. Diœces. Guat. ætat. 30 annor.

Amer. P. Fr. Petrus Salazar, nat. in Oppid. Ahuachapán Archi. Diœces. Guat. 28 annor.

IN DOMO NOVITIORUM.

Amer. FR. Ioseph. María Bocanegra, subdiac. nat. Guat. antiquæ, Archi. Diœces. Guat. æt. 28 annor.

Hisp. Fr. Antonius Herrera, nat. in Oppid. Mortera Diœces. S. Andrææ ætat. 34 annor.

Amer Fr. Joseph. María Gomez, nat. Guat ætat. 30 annor.

Amer. Fr. Emmanuel Soto, Cantor Convent. nat. Guat. ætat. 21 annor.

Amer. Fr. Marianus Mora, nat. Guat. ætat. 18. annor.

Amer. Fr. Marianus Correa, natus in Oppid. Comitlan Diœces. Chiapæ; ætat. 19 annor.

Amer. Fr. Raymundus Arriaza, nat. in Oppid. Tocoy Archi. Diœces. Guat. ætat. 18 annor.

Amer. Fr. Ioseph. María Ortiz, nat. Guat. ætat. 17 annor.

Amer. Fr. Emmanuel Zacharias Velazquez, nat. in Oppid. Chantla Archi. Diœces. Guat. æt. 17 annor.

Sunt etiam sex novitii, et quinque Pupilli omnes Americani.

IN COLLEGIO SMI. ROSSARII DOMESTICO.

Hisp. R. P. Fr. Franciscus Calvo, Lect. Theol. et Rect. nat. Zamoræ ætat. 47 annor.

Amer. Fr. Franciscus Velazquez, Subdiac. Collega nat. in Oppid. Quezaltenango Archi. Diœces. Guat. ætat. 22 annor.

Amer. Fr. Michael Hoyos, Acolith. Collega, nat. in Oppid, Tonalá Diœces. Chiap. ætat. 21 annor.

FRATRES LAICI.

Amer. FR. Alexius Castro, nat. Guat. antiquæ Archi. Diœces. Guat. ætat. 60 annor.

Hisp. Fr. Ioannes Insausti, nat. Pampilon. ætat. 55 annor.

Amer Fr. Simon Monterroso, nat. Guat. ætat. 36 annor.

Hisp. Fr. Sebastianus Alonso, nat. in Oppid. Filiel Diœces. Asturicens ætat. 38 annor.

Amer. Fr. Gregorius Carranza, nat. Guat. ætat. 35 annor.

Hisp. Fr. Ioannes de la Puerta, nat. Gienn. æt. 44 annor.
Hisp. Fr. Franciscus Arriaràn, nat. in quodd. Oppd. Diœces. Tudelens ætat. 42 annor.
Amer. Fr. Andræas Perdomo, nat. in antiqua Guat. Archi. Diœces. Guat. ætat. 55 annor.
Amer. Fr. Ioseph. María Valladares, nat. in Oppd. Cuyotenango Archi. Diœces. Guat. ætat. 35 annor.
Amer. Fr. Liberatus Aristondo, nat. Guat. ætat. 26 annor.
Sunt etiam donati tres, omnes Amer.

IN CONV. S. SALVATORIS.

Hisp. R. P. Prædic. Gen. Fr. Calixtus Aberasturi, Supprior in Capite nat. Victoriæ, Diœces. Calaguritanæ, ætat. 41 annor.
Amer. R. A. P. N. Predic. Gener. hujus Capit. Diffinit. Fr. Ioseph. Elias, nat. in Civitat. S. Salvatoris, ætat. 65 annor.
Amer. R. P. Predic. Gener. Fr. Simon Molina, nat. Guat. ætat. 52 annor.
Hisp. R. P. Fr. Ioseph. Huerga, Parochus Vic. Œconom. Civit. S. Salvat. nat. in Oppid. Cimanes de la Vega, Vicariæ S. Æmiliani, Diœces. Ovetens, ætat. 47 annor.
Amer. R. P. Fr. Paulus Saturninus Montalbo, nat.

in Oppid. Suchitot. Archi. Diœces. Guat. ætat. 44 annor.

Amer. R. P. Fr. Ignatius Mendez, Parochus Vic. Œconm. Civitat. S. Salvatoris nat. in Oppid. Sta. Ana grande ætat. 37 annor.

IN CONVENTU DE COBAN.

Amer. R. A. P. N. in Sac. Theol. Mag. et Dr. Capitulique Diffinit. Ex-Provincialis. Fr. Antonius Ibañez, nat. Guat. ætat. 54 annor. Parochus S. Petri de Carcha.

Hisp. R. A. P. N. in Sac. Theol. Mag. Capitulique Diffinit. Fr. Benedictus Garrovillas, Parochus de Coban, nat. in Civitat. de Caceres, Diœces. Cauriens. ætat. 66. annor.

Hisp. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. ad infideles Barbaros, Lacandones Missionar. Fr. Emmanuel Marìa de la Chica, nat. Giennii, ætat. 56 annor.

Amer. R. A. P. in Sac. Theol. Mag. Capit. Gener. Elector, et Parochus S. Christophori de Verapaz Fr. Florentius Arriaza, nat. in Opp. S. Augustini regiæ coronæ Archi. Diœces. Guat. ætat. 45 annor.

Hisp. R. P. ex-Lect. et Supprior in Capite, Fr. Bonaventura Saenz, nat. in Villa Ausejo Diœces. Calaguritan. ætat. 37 annor.

Hisp. R. P. Prædic. Gener. Fr. Franciscus Abella, Parochus, et Vicar. Domus nostræ de Ravinal, Vicariusque Ecclesiast. Provinc. Verapacens. nat. Cæsaraugustæ, ætat. 48 annor.

Amer. R. P. Prædic. Gener. et Parochus de Tactic Fr. Franciscus Aguilar, nat. in Oppid. de Quezaltenango, Archi. Diœces. Guat. ætat. 40 annor.

Hisp. R. A. P. N. Prædic. Gener. et Capit. Diffinit. Fr. Dominicus Luja, nat. in Oppid. Llodio Diœces. Calaguritan. ætat. 42 annor.

Hisp. R. P. Fr. Salvator Narbaez, Parochus de Lanquin, nat. in Villa de Grazalema Archi-Diœces. Hispalens, ætat. 33. annor.

Amer. R. P. Fr. Marianus Salvatierra Parochus del Chol, nat. in Oppid. de Ravinal Archi-Diœces. Guatim. ætat. 31. annor.

Amer. R. P. ex Mag. Student. Fr. Joannes Echeverria, nat. Guatim. ætat. 30. annor.

IN CONVENTU STÆ. CRUCIS DE KICHE.

Hisp. R., A. P. in Sac. Theol. Mag. ex Provinc. Chiapæ, Prior Fr. Franciscus Vaquerizo, nat. in Villa de Estepa, Archi-Diœces. Hispalens. ætat. 76. annor.

Amer. R. P. Lect. Fr. Franciscus Salazar, Supprior, nat. in Oppid. de Quesaltenango. Archi Diœces. Guat. ætat. 28 annor.

Hisp. R. P. in Sac. Theol. Præsentat. Fr. Petrus Diaz, nat. Carmonæ, Archi-Diœces. Hispalens ætat. 57. annor.

Amer. R. P. in Sac. Theol. Præsent. Fr. Franciscus Morales, nat. Guat. ætat. 53. annor.

Amer. R. P. Præd. Gener. Fr. Joseph. Fiallo, Parochus S. Andrææ Sacabah, nat. in Oppid. de Tuxtla Diœces. Chiap. etat. 49. annor.

Hisp. R. P. Præd. Gener. Fr. Antonius Lopez Quintana, Parochus de Cubulco, nat. in Oppid. Oscos, Diœces. Ovetens, ætat. 54. annor.

Amer. R. P. ex Mag. Student. et in Philosoph. Licentiat. Fr. Raphael de Aguirre, natus in Civitate S. Salvat. Archi-Diœces. Guat. etat. 43. annor.

Amer. R. P. Fr. Thomas Garcìa, Parochus S. Petri Xocopilas, nat. in Oppid. Sti. Joannis Zacatepeques, Archi-Diœces. Guat. ætat. 44. annor.

Amer. R. P. Fr. Franciscus Dubon, Parochus de Nebah, nat. in Oppid. del Chol, Archi-Diœces. Guat. ætat. 36. annor.

IN CONVENT. DE SONSONATE.

Amer. R. A. P. Prior Fr. Hieronymus Zelaya, nat. in Villa de Sonsonate, Archi-Diæces. Guat. ætat. 35. annor.

Amer. R. P. Supprior Fr. Nicolaus Llorente, natus

in Civitat. Novæ Cartaginis, Diœces. Nicarag. ætat. 29. annor.

Hisp. R. P. Fr. Joachim Amasa, nat. in Civitat. S. Sebastiani de Guipuzcoa Diæces. Pampilonens. ætat. 53. annor.

Hisp. R. P. Fr. Emmanuel de la Vega, Parochus de Esquipulas, natus in Villa S. Vincentii de Panes Vallis de Peñamellera Diœces. S. Andrææ, ætat. 36. annor.

Sacerdotes Hispani . . .	28.
Sacerdotes Americani. . .	31.
Sacerdotes omnes. . . .	59.
Clericus Hispanus. . . .	01.
Clerici Americani. . . .	10.
Clerici omnes	11.
Conversi Hispani	04.
Conversi Americani . . .	06.
Conversi omnes	10.
Summa omnium. . . .	80.

Ex nostrorum Catholicorum Regum Decretis constare debet nostra Provincia, comprehensa Chiapensi portione, ducentis sexaginta tribus fratribus, cúm ad monastica instituta, tum ad Paro-

chialia munia implenda, ut videre licet in Actis Congregationis intermediæ nostræ Provinc. anni 1790. pag. 33. et Capit. nri. Provincialis ann. 1792. pag. 26. nunc autem in nra. Goatim. Provincia, et portione, octoginta Fratres tum Sacerdotes, tum Clericos, Laicosque existere testamur.

ASSIGNATIONES.

ASsignamus Conventui nostro de Goatemala RR. PP. Præsent. et Mag. honorar. Fr. Augustinum Blazquez; Fr. Raymundum Xalon, Fr. Paulum Montalvo, et Clericum Fr. Antoninm Herrera.

Assignamus Conventui de Coban R. P. in Sac. Theol. Mag. Fr. Benedictum Garrovillas, et R. P. Prædic. Gen. Fr. Franciscum Aguilar.

Assignamus Conventui de Sonsonate R. P. Fr. Joachim Amassa, et R. P. Fr. Emmanuelem Vega.

INDICTIO SEQUENTIS CAPITULI.

ASsignamus Capitulum proximé futurum Conventui nostro S. P. N. Dominici de Goatemala ad diem decimam nonam mensis Ianuarij anni Dñi. 1822. Sabbato ante Dominicam primam post oct. Epiphan.

Omnem nostram authoritatem usque ad feriam secundam proxime sequentem reservamus.

R. Adm. P. N. Prior Provincialis concedit omnibus fratribus nostræ Provinc. ut semel tantummodo absolvi possint ab omnibus casibus, et censuris á quibus nos possumus.

Omnibus denique RR. A. PP. Prioribus nostrorum Conventuum in virtute Spiritus Sti. et sanctæ obedientiæ mandamus, ut hæc Acta, postquam typis

fuerint excussa, ad suos Conventus deferant, et in eis legi faciant.

Datis et Actis et sigillo maiori Provinciæ munitis in Conv. nro. S. P. N. Dominici de Goatem. die 23. Ianuarij anni Dñi. 1818.

Fr. Ludovicus Escoto.
Prior Prov.

Fr. Antonius Ibañez.
Mag. et Diff.

Fr. Benedictus Garrovillas.
Mag. et Diff.

Fr. Josephus Elias
P. G. et Diff.

Fr. Domin. Julianus de Luja.
P. G. et Diff.

Fr. Franciscus Calvo.
Lect. Theol. et Cap. Sec.

Errata.	Corrige.
Pag. 6. lin. 20. Matæhi.	Mathæi
pag. id. lin. 22. persusi	perfusi
pag. 8. lin. 28. comnlate.	cumulaté
pag. 12. lin. 15. inscripto.	inscriptum.
pag. 17. lin. 8. Præsent. aturas	Præsentaturas.
pag. id. lin. 12. qu»	quæ
pag. 22. ·lin. 11. tilulo	titulo.
pag. id. lin. 12. Convenius.	Conventus.
pag. 24. lin. 1.ª onfirmatoria.	Confirmatoria.
pag. id. lin. id. animadvortit.	animadvertit.
pag. id. lin. 6. constel.	constet.
pag. 27. lin. 7. opponendis.	exponendis
pag. 30. lin. ultima. extu.	textu.
pag. 36. lin. 14. minist.;	ministravit.
pag. 41. lin. 20. venebola.	benevola.
pag. 61. lin. 20. additur: Diœces. Comaiag.	
pag. 64. lin. 3. quodd. Oppd.	quod. Oppid.
pag. id. lin. 7. Oppd.	Oppid.